

Jan Novák: Liber cantilenarum

für Gesang und Klavier
Texte nach der Notenhandschrift.

I. O mi pulle (Johann Amos Comenius)

O mi pulle
mi puelle
dormi belle.
Claude bellos
tu ocellos,
curas pelle.

II. Exiit diluculo (Carmina Burana 90)

Exiit diluculo
rustica puella
cum grege, cum baculo,
cum lana novella.

Sunt in grege parvulo
ovis et asella,
vitula cum vitulo,
caper et capella.

III. Stetit puella (Carmina Burana 177)

Stetit puella
rufa tunica:
si quis eam tetigit,
tunica crepuit. Eia!

Stetit puella
tamquam rosula:
facie splenduit
et os eius floruit. Eia!

IV. Ad puelli Jesuli (Iohannes Campanus Vodnianus)

Ad puelli Jesuli
ite cunas singuli
parvuli, tenelli,
blanduli puelli.

Ite recto tramite,
Jesuloque psallite
Atque voce iuncti
sic cantate cuncti:

Dulcis, elegantule,
Nostra vita, Jesule,
Te tui tenelli

Visimus puelli.

V. Festa lux adest
(Iohannes Campanus Vodnianus)

Festa lux adest, tenelli,
Dulce cantemus puelli
Queis datur tenellulus
puellulus.

Quam casa recepta vili
Virgo gignit in bovili,
Et reclinat parvulum
puellulum.

Cuius est solum polusque,
Esurit, flet, alget usque,
Exulatque parvulus
puellulus.

VI. Mi puelle
(Johann Amos Comenius)

Mi puelle, o pulchelle,
Ubinam discoursasti?
quid inde reportasti?
Si infans quiete sedisset,
non hoc tuber retulisset.

VII. Saevit hiems
(Jan Novák)

Saevit hiems,
flat Boreas,
ubi, avis,
habes latebras?

Sub arbore
perviridi
de meo nido
providi.

Mih' in plumis
hic iaceo
hiemi durae
superero.

VIII. Flevit lepus parvulus

Flevit lepus parvulus
clamans altis vocibus:
Quid feci hominibus,
quod me sequuntur canibus?
Neque in horto fui
neque holus comedi.

[IX]. Pluvia

Pluit, pluit pluvia,
pluit pluit in via
nostra parva pilia,
Iulia exit cum avia
perpluent sub tilia.

Pluit, pluit pluvia,
pluit in rosaria
nostra parva pilia,
Iulia condit secum avia
umbella sub varia.

[X.] Infortunium

Maumat felis maumau
baubat canis bau bau.
Quid in nostra domo fit?
Quid nepoti accidit?
Quas nostri quadrupedes
nuntiant nobis clades?

[XI.] Hiems
(Jan Novák)

Saevit hiems,
flat Boreas,
ubi, avis,
habes latebras?

Iam arbore sub viridi
de meo nido
providi.

Hic in plumis
mi jaceo,
hiemi durae
superero!

[XII.] Cantilena matutina

Surge, gallus cucurrit cucuru
et sol aureo in curru
lucet fulgidus
atque tepidus.

(auch in tschechischer Fassung)

[XIII.] Hannibal ante portas

Barbari barbati, respice,
incedunt irati, retice,
ante portam urbis
cave, puer turpis.

